



## ISLANDIA.

**ISLANDIA** inter varias Oceani occidentalis insulas que Norwegiae Regno subie-  
 dae sunt, est maxima: & in litibus maris passim ab hominibus explorata, possitimum,  
 & re pecuaria viventibus, incolitur. Mediterranea vero loca ab alpium altissimarum per-  
 tuis fere niibus obrutarum asperitate, infrequentiora sunt. Panis bis coctus (quo non nisi  
 im portato lautiores vruntur: ceteri enim pice siccato panis loco vescuntur) farina, polenta,  
 cereuisia, ferrum, cuprum, pannus Anglicus & infitorum merces, classibus aduehuntur quo-  
 rannis per diuersos mercatores, qui vicissim piscium frigore duratarum, strues, & sulphures  
 ibidem effossi moles, balenarum pinguedinem, butyrum, seum, coria bouum, raris & pin-  
 nam VVA R M A Neuehunt. Duo in tota insula Episcopi sunt, qui ex Academia Hafnien-  
 si co mittuntur, quorum alter boreali insulae parti praesit, & in Halar 30. 67-14. alter meridi-  
 onali in Schalholt 324. 65-42. sedem habet. Ac vterque tenuem scholam latinam adibus ad-  
 iunctam habet, in qua viginti quatuor pueros suo sumptu alere & erudire tenetur.

Islandia (inquit Georgius Agricola) tres sunt montes elati in caelum, quorum vertices per-  
 petua nix candent, radices semper aeterno exstant leuic. Primus vocatur Hecla 6. o. 68-30. alter  
 Crucis, tertius Helga, id est sanctus. Ab Hecla non longe ab sunt fodinae sulphuris, pene vni-  
 cum incolarum mercimonium, & vctigal insulae. Mercatores enim naues co onustas eue-  
 hunt. Mons ipse cum furit, vt horribilia tonitrua insonat: projicit ingentia saxa: sulphur  
 euomit: cineribus egestis terram tam longe circum circa operit, vt ad vigesimum lapi-  
 dem colli non possit. Qui naturam tanti incendij contemplari cupiunt, & ob id ad montem  
 propius accedunt, eos vna aliqua vox gurgius absorbet, nam & multa sunt, & cineribus  
 ita tecta, vt ab ipsis sibi fati cauere nemo possit. Atque etiam prope exit ignis qui confumit  
 aquam, & stupam non comburit. Hodie haec insula vna cum Regno Norvvegiae Regi Da-  
 nicae subiecta est, & ab ipso Praefectum accipit, qui in arce Belfede 30036. 6521. sedem suam  
 tenet.

Meridiani distant ratione 66:30. paralleli  
 ad circulum maximum.

II

